DISPUTATIO XXI.

De

MATRIMONIO.

Ex Tom. 3. lib. 1. de Matrimonii Sacramento.

Reſpondente

M. SALOMONE GLASSIO Sondershuſ. Fac. Phil. Adjuncto.

THESIS I.

TRACTATIONEM DE Matrimonio Bellarminus 7. includit membris ſeu controverſiis. Acturum enim ſe promittit 1. de genere, an ſit Sacramen. novæ legis. 2. de materia, forma & miniſtro. 3. de unitate. 4. de diſſolubil. ſive de divortio. 5. de impedimentis. 6. de judice cauſarum matrimonialium. 7. de ceremoniis. De quibus quid afferat, breviter perluſtrabimus, & ad ὀρθοδοξίας trutinam exigemus.

2. Et primum quidem membrum quod attinet, *matrimonium propriè dictum N. T. Sacramentum eſſe*, nondum poſſumus induci ut credamus, ut ut *Scripturæ oracula*, & *Pa-* *Contr. I Cap. 1.*